

## DE GLOBI TERRESRIS

Hadriatico mari, quod nunc Venetum vocant, olim à Romanis superum vocabatur. Deniq; a meridie mari Siculo. Hæc omnium regionum præclarissima, metallis grauida, ubiç; uitalis, & perennis salubritas, eximia cœli temperies, campi fertilitas, eam Apenninus mons ab Alpibus procedens, per medium secernit, flumina & fontes saluberrimos tenet. Eius prouintiæ sunt.

Istria peninsula, Italæ portio, præcipuas ci. habet Parentium 36, 40, 44, 40 quidam tamen adponunt eam Germaniæ magnæ. Foiumulij, siue Aquilegia, quondam Carnorum habet ci. Aquilegiæ coloniam olim Illyricorum, vulgo A= glar 36, 55, 45, 10. Longobardia habet ci. Mediclanum 32, 45, 44, 45. Ge= nuam 31, 30, 43, 15. Nisam à Ptole. iuxta coniectruram Niceam 29, 30, 42, 40. Marchia Teruiana, olim Venetiana, præcipuas tenet ci. Venetiam 35, 30, 44, 55. Marchia Anchonitana, olim Picentium ci. habet Rachanacim 37, 55, 43, 45. Anchonā 37, 30, 43, 40. Flaminea, uel Romandiola, olim Gallia togata, ci. ha= bet Bononiam sub gra. 36, 5, 45, 55. Ferrariam 35, 5, 44, 20. Tuscæ ci. Viter= bium 36, 50, 42, 10. Florentia 35, 20, 43, 10. Latij siue Latinorum ci. Rhoma 37, 30, 41, 45. Aprutiorum ci. Aquila 39, 5, 42, 30. Campaniæ ci. Neapolis, quon= dam Parthenope 40, 20, 41, 0. Apulia & Calabriæ, olim magnæ Græciæ ci. Brundusium 42, 30, 39, 40.

## De Sermatia Europæ, Taurica chersoneso, Iazygibus mes= tanastis, Datia, duabus Mysijs & Thracia,

### CAPUT VIII.

**S**armatia Europæ, terminatur à septentrione Oceano Sarmatico, ab oc= casu Vistula fluuiio, & Germania à meridie Iazygibus Metanastis, Da= tia, ac Mysia inferiore, abortu Sarmatia Asiatica fluuiio Tanai, Meotis deç; palude, eas gentes aliqui Scythes nominabant. Hæc in multas re= giones diuisa est, nam olim etiam Getæ dicti. Est regio latissima, sine decoro urb= um ac ingeniorum. In hac sunt multa deserta, ideo non populosa. Campi lati, ex quis= bus flumina nobilissima profluunt, Tiras der Nester, Boristhenes der Neper, Ta= nais der Don, Rha & Czuvina, ac multi alij.

Russia rubea, olim Roxolania ci. habet Leoburgum, vulgo Lemburgk 50, 45 50, 30. Poloniæ ci. Cracouia, à Ptole. Carodunum 44, 30, 50, 15. Prussiæ ci. Dan= tiscum 46, 0, 54, 55. Liconiæ ci. Riga metropolis 51, 0, 56, 0. Lithuaniae ci. Vilna, vulgo zur Vuilde 58, 0, 54, 0. Moscouia, regio longissima est, sermo eorum Ru= thenicus & Sclauonicus est, habet per maximam eiusdem nominis ciuitatem, quam aliqui uocant Moskauam, sedes Moscauitæ sub gra. 69, 0, 57, 0. Hæ regiones an= numerantur Germaniæ magnæ. Tauricæ chersonesus, hodie minoris Tartariae ci. Caffa 61, 15, 47, 20. Iazygis Metanaste, modo septem castra, vulgo Sibenburgen qui Germaniæ annumerantur, ci. Clausenburgum, à Ptole. forte Gormanum 47, 30 47, 36. Herman stadium 46, 27, 464, 8. Dacia, quæ modo Vualachia magna & Transiluania est, à septentrione habet Sarmatiæ Europæ, ab hoc occidente Lybu= niam ab oriente Pontum Euxinum, a meridie vero Macedoniam. Danubius flu= uius totam hanc regionem irrigat, vualachiæ magnæ ci. Album castrum 55, 45, 48 0. Kylia 55, 25, 47, 0. Mysiæ inferioris, quæ & modo Bulgaria & Rascia est, ci. Adrianopolis 50, 18, 42, 45. Mysiæ superioris, quæ modo Sevia & Bossina ci. Bellogradum, secundum quosdam Nonderalba, uel Alba græca, vulgo Kriechisch Weissenburgk